

est; & remansit, quod per se non nisi miserum est. Hic etiam, Epanodos est.

Bernh. sup. Cant. O vita super omnes vitas beatissima! O patria felicissima! O utinam moriatur anima mea morte justorum, ut perveniam ad illud gaudium beatorum! Hic etiam Epistrophe est.

Bernhard. serm. 29. de Temp. O duri & indurati & obdurati filii Adam, quos non emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilissimis sarcinulis pretiosissimas merces exponit?

Basil. de Sp. S. Hanc dignitatem nunc habes homo, qui prius fuisti terra & cinis! Epiphonema.

Cic pro Deiot. Per istam dextram tuam te oro, quam hospes hospiti porrexisti.

Pro Amer. O Dii immortales rem miseram atque calamitosam!

Verrin. 7. O spectaculum miserum atque acerbum? o magnum atque intolerandum dolorem!

Catil. 1. O Dii immortales ubinam gentium sumus.

In Pison. O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Catalinos. Scipiones, Marcellos, Maximos! o amentem Paulum! rusticum Marium!

Pro Milon. O terram illam beatam, que hunc virum exceperit: hanc ingratham, si eiecerit: miseram si amiserit?

Verr. 6. O tempora, o mores!

Eclog. 1. ——— En quo discordia cives

Perduxit miseros! en queis conseruimus agros!

Eclog. 2. Eheu quid volui misero mihi! floribus Austrum, Perditus, aut liquidis immisi fontibus apros.

Quem fugis, ah demens!

Æneid. 1. At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,

Dii (si qua est cœlo pietas, que talia curet.)

Per solvant grates dignas.

Æneid. 2. Quis cladem illius noctis, quis funera fando,

Explicit? aut possit lachrymis equare dolorem!

O miseras hominum mentes, o pectora cœca!

Ibid. Quod te per superos & conscia numina verè,

Per,